

Boleslai Poloniae et Cuiaviae ducis, donatio vil:
la Korabniki ecclesie Wladislaviensi.

In nomine Domini amen. Boleslaw Dei gra:
tia Dux Poloniae et Cuiaviae, universis Christi fi:
delibus hanc paginam inspecturis salutem in
domino. Universitati vestra notum facimus, quod nos
ob reverentiam Dei et beatae Mariae virginis, inspectis
multis fidelibus servitiis, quae nobis reverendus pa:
ter dominus Wolmirus Wladislaviensis ecclesiae epi:
scopus multotiens exhibuit, ipsi et suis successoribus
villam nostram, quae Korabniki vulgariter nuncupar:
tur, situatam iuxta Kobilrach et Slawsko in castella:
nia Cruswiciensi, conferimus in perpetuum possiden:
dam, volentes ut eadem gaudeat libertate, qua ceter:
ae Wladislaviensis ecclesiae antiquae villa gaudent.
Et ut haec nostra donatio perpetuo inviolabiliter perse:
veret, hanc paginam nostri sigilli munimine feci:
mus roborari. Actum et datum Iunioladislaviae in
die beati Ciriaci martyris, anno Domini millesimo du:
centesimo septuagesimo primo. Presentibus domi:
no Petro nostro cancellario, Mathia palatino, Ro:
zatio castellano de Iunioladislavia, Alberto castel:
lano de Bidgost, Troiano succamerario Cuiaviensi,
magistro Nicolao, Physico Nicolao, magistro Henrico
canonicis Wladislaviensibus. Alberto cantore, Iacobo
canonicis Cruswiciensibus, et aliis quam plurimis fi:
de dignis.

in omnibus rebus suis mobilibus
et immobilibus, venerabili patri domino Wolmirus

ecclesiae

